226
E 60

403

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

~~10. K. I. 28~~
226 E 60
N° Kn. 1043
KC I 908b

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Alexandri hegii quondā rectoris ſchole Dauentrienſis dialogus de arte ⁊ inertia ac de vtilitatibus artiū grāmatice logice ⁊ rhetorice Incipit feliciter.



KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Alexandri hegii quondā rectoris ſcholę Dauentrienſis dialogus de ar te ⁊ inertia ac de utilitatibus artiū grāmaticę logicę ⁊ rhetoricę Incipit feliciter.

Quid eſt ars? Reſpondetur Ariſtoteles definit artem eſſe habitum cum vera ratione factiuum. Queritur quid eſt inertia quę grecę Atechnias dicitur? Reſpondetur eſt habitus cum falſa ratione factiuus. Q̄r. quid eſt cōmune arti cū inertia? R̄nr. q̄ ſunt habitus factiui. Q̄r. quid inter eas intereſt R̄nr q̄d ars facit. cū vera ratione facit. q̄d āt inertia facit cū falſa ratione facit. Q̄r. quid eſt facere aliquid cū vera ratione. R̄nr eſt facere aliquid taliter qualiter recta ratio dictat faciendum. Q̄r. quid eſt facere aliquid cum falſa ratione? R̄nr eſt facere aliquid taliter qualiter recta ratio dictat non eſſe faciendū. Queritur Cur ars definitur per habitum? Reſpondetur quia habitus eſt genus artis: Omnis autem ſpecies per ſuum genus definienda eſt. Queritur vnde deriuatur ars? Reſpondetur quidam dicunt artem deriuari a greco nomie Areti quod virtutem ſignificat: quia ars virtus intellectualis eſt. Omnis eīn habitus quo intellectus verum pronunciat virtus eius eſt. ſicut omnis habitus quo voluntas eligit rectum eſt eius virtus. Et propter hoc Ariſtoteles ſecundo ethicorum diuidit virtutes in virtutes intellectuales quibus intellectus affirmat verum. ⁊ in morales quibus voluntas eligit recte. Alij aūt artem ab arcendo deduci dicunt. quia ars ſuis p̄ceptis arcet mentem ab erroribus. Q̄r. Cur omnis ars facultas dicitur? R̄nr q̄z qui arte p̄ditus eſt facile ſpeculari aut opari poterit. qui eīn rhetoricę peritus ē facile orare: q̄ dialecticę facile diſputare: q̄ grāmaticę facile recte loqui poterit: q̄ mathematices peritus eſt facile equalitates ⁊ inequalitates q̄titatū metiri poterit. Q̄r. quid ſit inertia? R̄nr Inertia duo ſr. Uno mō

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

defectū artis qui grecę atechnia dicitur. hoc modo accipit ſe-
xto ethicorū. Alterō modo ſignificat deſidiā. Q̄r. quare om̄is
ars dicit habitus: Rn̄r. q2 oīs ars grece dr hexis. hexis aūt ha-
bitus interp̄tat. Q̄r. vtr̄ oīs habitus eſt virtus: Rn̄r nō. q2 ſo
li boni ⁊ laudabiles habitus virtutes dicuntur. non' em̄ vitia
poſſunt dici virtutes. q2 mali habitus ſunt. Oīs em̄ habitus
ſm quem volūtas elegit quod prauum eſt. ⁊ turpe. malus eſt
et vitioſus. Similiter habitus ſm quē intellectus errat ⁊ fal
ſum ſentit. malus eſt nec virtutis appellatione dignus. Q̄r.
Utrū omnis ars eſt virtus: Rn̄r. eſt. q2 ſm omnem artem in-
tellectus ſentit quod veru3 eſt. propter hoc omnis ars virtus
eſt nō moralis ſed intellectualis. Q̄r. Cur Ariſtoteles ſolum
habitum factiuum artem vocat cum Quintilianus artem di-
uidit in tria genera. in contemplatiuas. actiuas ⁊ effectiuas.
Rn̄r Ariſtoteles hoc nomen artis ſpecialius accepit q̄3 Quin
tilianus. quia Ariſtoteles ſolum facultatem operandi ⁊ effici-
endi aliquid artem vocat. Quintilianus vero facultatem ſpe
culandi artibus connumerat. Q̄r. quid eſt ars ſpeculatiua.
Rn̄r. Quę ſola contemplatione rerum ſibi ſubiectarum contē
ta eſt. nec aliquem actum pręter contemplationem exigit. ⁊ vo
catur a grecis theoricę vel theorica. theoreo grecum verbum i-
dem ſignificat quod ſpecular. Unde deriuantur theorema id
eſt theoria id ē ſpeculatio. Theoricos id eſt contemplatiuus.
Q̄r. Quid eſt ars actiua: Rn̄detur. Cuius finis eſt agere ipſo
q̄3 actu contenta eſt nec aliquid operis poſt actum relinquit.
qualis eſt ars ſaltandi aut pulſandi cytharam. ⁊ vocatur a gre
cis practica. Nam practo idem ſignificat quod ago Inde pra
xis id eſt actio. ⁊ practicus id eſt actiuus. Q̄r. Quid eſt ars ef-
fectiua: Rn̄detur. Cuius finis eſt aliquid efficere. ⁊ poſt āctio
nem aliquid operis relinquere. qualis eſt ars edificatoria. aut
ſutoria. et vocatur poeticę a grecis. Nam poeta interpretatur
effector. Inde poeticus id eſt effectiuus. Ex quo ſequitur finē
artis actiue eſſe operationem. Finem vero effectiuę artis eſſe
opus et hoc ſentit Ariſtoteles in principio ethicorum di-
cens. Uidetur autem inter fines differentia quędam. Alij nā
q̄3 ſunt operationes: alij pręter eas opera.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

¶ Queſtiones de arte

Qui de artes. Artium alię liberales. alię mechanicę. Queritur que ſunt artes liberales? Reſpondetur q̄ ſunt libero homine dignę. hoc eſt q̄ idonię ſunt ꝛ digne diſci ꝛ sciri a liberis hominibꝫ. Illi em̄ artibꝫ liberalibus inſtituendi ſunt. Qr̄. Unde dicūtur artes mechanicę? Rn̄r mechanicę es grecę ſignificat conatum machinationem. excogitationem. Inde machinarius ꝛ excogitatiuus interpretatur. Dicūtur autem artes opificum manuariorum mechanicę et opifices qui opera ſua arte ꝛ manu efficiunt. mechanici dicūtur eo ꝙ conatu ꝛ excogitatione opera ſua perficiant. Querit̄. Utrum artes opificum manuariorum ideo mechanicę dicuntur. quia adulterinę ſunt. hoc eſt quia mentes hominū mechari faciunt. Dicunt em̄ quidam mentem hominis cū diſcit mechanicam artem adherere adulterę: cum vero liberalem vxori legitimę. Rn̄r nullo pacto. non em̄ ab adulterio ſed a machinatione nomen trahunt. quia mechicus adulterinus interpretat̄ non mechanicus. nec exigua ignominia artes mechanicę afficiuntur cum adulterinę vocantur. Quis em̄ tam dura fronte eſſe poteſt: vt artem preſtantiſſimi pictoris Apellis. aut nobiliſſimi ſtatuarij Polycleti adulterinam vocare auſus ſit.

¶ Queſtiones de grāmatica.

¶ Queritur vtrum grāmatica eſt ars liberalis? Rn̄r Grāmatica preſtantiſſima artiū liberalium eſt. Nam reliquę omnes artes grāmaticę acceptum referunt ꝙ ſeruatę ſunt ꝛ ſeruentur. hoc eſt ꝙ nō perierunt neqꝫ pereunt neqꝫ vlla artium liberaliū eſt. quę melius merita ſit de humano genere q̄ꝫ grāmatica. Qr̄ quo pacto grāmatica ſeruauit ceteras artes? Rn̄r quia magiſtri ceterarum artium vt eas ſeruarent. ꝛ ab interitu vindicarent libros de eis ediderunt. quod abſqꝫ peritię grāmaticę fieri non potuit. Qr̄. Cur grāmatica optime merita eſt de nobis? Rn̄r Grāmaticę acceptum referamus oportet. quicquid ex preceptoribus aut libris auctorum vnqꝫ didicimus. Grāmaticę em̄ debemus quod didicimus dialecticen. phyſicen mathe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

maticen. ethicen ⁊ reliquas liberales diſciplinas. Nemo em̄
quicquaꝫ diſcere ab aliquo preceptore poteſt cuius ſermonē
non intelligit. neqꝫ quiſpiam ex libro aliquo latine ſcripto hec
q̄ꝫ diſcere poteſt qui latine lingue ſit imperitus. Grāmatice de
bemus ꝙ cognoſcimus myſterium redemptionis noſtre. ꝙ ſci
mus chriſtum filium dei patri omnipotenti equalem veniſſe
in mundo pro ſalute humani generis. de ſpiritu ſancto conce
ptum. editum in lucem ex vtero irrecluſo beate Marie ſemper
virginis. hec em̄ ex euangeliis didicimus que nemo illittera
tus intelligere poteſt. Grāmatice debemus: vt animalibus mu
tis preſtamus. que em̄ litterarum periti ſunt cogitata ſua ho
minibus nota facere poſſunt. quod animalibus mutis nega
tum eſt. Qr̄. vtrum poetica eſt ars liberalis: Rn̄r eſt. Nā quē
admodum liberale eſt recte loqui. ita ⁊ recte canere ⁊ modula
ri. Poetica autem quia ars modulandi eſt. ideo em̄ muſice ap
pellationem ſortita eſt ⁊ iure artibus liberalibus connumera
tur. Qr̄ Cur poetica appellatur muſica: Rn̄r quia verſus quo
rum opifex eſt. carmina vocantur. verſus autem canere facere
vel modulari dicitur q̄m aūt muſica ars canendi eſt ⁊ modu
landi recte poetica muſica appellatur. Qr̄. quot ſunt ſpecies
muſice: Rn̄r tres. Vna earum eſt ars ſcribendi carmina. Alte
ra ars ludendi hoc eſt canendi inſtrumēto aliquo muſico. Ter
cia ars ore modulandi. Prima eſt muſica poetarum Secūda
fidicinum ⁊ cornicinum. Tercia cantorum. Qr̄. vnde poetica
dicitur: Rn̄r poeta factor interpretatur poeticus id eſt factiuꝰ
poeſis vel poema factura vel effectus. Inde poetica ars faciē
di carmina. Qr̄. vnde poeta deriuatur: Rn̄r a poeo ſignificat
grece id quod facio. ſcribitur cum diphthongon o ⁊ iota. Jn̄
deriuatur poitis. poima. poiſis. poiticos ⁊ poitice. latini autē
quia volebant priorem ſyllabam horum nominum corripere
abſtulerunt eis iota ⁊ dicebant poeta. poema. poeſis. poeticꝰ.
Qr̄. vtrum ſcribere carmina liberale ſit an illiberale: Rn̄r libe
rale. quia pium eſt de deo ⁊ beatis carmina ſcribere. quicquid
autem pium eſt. liberale eſt. quemadmodum eſſe quod impiū
eſt illiberale eſt ⁊ ſeruile. Qr̄. quare eſt pium: Rn̄r ſi pium ha
bebatur canere poema Apollini fabuloſe currus ſolaris auri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

gę. multo magis pium eſt hymnum canere vero deo q̄ impe-
rio ſuo celū ⁊ vniuerſa ſydera torquet. Si fabuloſa geſta fabu-
loſorum heroum quales fuerunt Aeneas Achilles carmini-
bus celebrata ſunt. multo magis vera verorum heroꝝ geſta
quales fuerunt apoſtoli ⁊ martyres carminibꝫ vatuꝫ celebrā-
da ſunt. Q̄r. Cur carmina modi ⁊ mętra dicuntur? R̄n̄r quia
ſicut metrum grecę ita modus latine menſura dicitur. ⁊ quoni-
am vnicuiq; carmini ſua menſura debetur. Heroicis eñ ſe-
norum pedum elegiacis quinorum menſura debetur. ideo re-
cte carmina modi ⁊ mętra dicuntur. Q̄r. Cur numeri dicunt?
R̄n̄r quia numero temporum ſyllabarum ⁊ pedum conſtant
Hexametrum eñ ſex pedibꝫ. Pentametrum quinq;. Tetra-
metrū quattuor. trimetrū tribꝫ. dimetrum duobus pedibꝫ cō-
ſtat. hendecaſyllabum vndecim ſyllabis. Decaſyllabum decē
conſtat. Q̄r. Unde muſica dr̄? R̄n̄r muſa grecę cantus dicitur
Inde muſicus. i. ſonorus. ⁊ muſica ars canendi. Q. i. Utrum
ſcire quātitates ſyllabarum eſt liberale R̄n̄r eſt. quia ſi liberale
eſt carmina ſcribere. neceſſe eſt liberalem eſſe ſcientiā quantita-
tum ſyllabarum. Non eñ poteſt carmina facere qui ignorat
quātitates ſyllabarum q̄ hunc hymnum Feſtū nunc celebre
de domini aſcenſione cōpoſuit. habuit noticiam ſyllabarum.
Item qui hunc cōpoſuit de eodem feſto aſcenſionis non erat
quantitatum ignarus. Hymnos canamus glorię. hymni no-
ui nunc pſonant chriſtus nouo iam tramite ad patris aſcēdit
thronū. Tranſit triumpho glorię poli potenter culmia q̄ mor-
te mortem diruit. peremptus a mortalibus. nam dira lęti limi-
na ſecans ⁊ vmbras inferi. luſtrās ſua potentia lęti ligare pn-
cipem. ⁊ quos pios in actibus fideq; firmos nouerat. Om̄es
auerni faucibus ſaluabat a ferocibus. Deo patri ſit gloria ⁊c̄.
Q̄r. quare hęc duo epiteta. optimus maximus in hymno aſcē-
ſionis domini ſcꝫ Feſtum nunc celebre attribuuntur deo. cuꝫ
dicitur. Genitor optime maxime? R̄n̄r ethnici id eſt gentiles
cultores falſorum deorum attribuebant hęc epiteta ſuo Ioui
cui nō debebantur. q2 erat deus fabuloſus ⁊ falſus. ꝓpter hoc
cōpoſitor huius hymni recte ⁊ iuſte fecit. qui illa epithera deo
vero attribuit cui iure debētur. Sol⁹ eñ deus optimus ⁊ ma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

ximus eſt. Epithetum interp̄tatur impoſitū aliquod q̄t ad au
gmentū. aut ad diminucionem. aut ad diſcretionem poni ſo
let: vt Celum profundum. Uacuus aer. Uenuſta venus ⁊ ſi
milia. Q̄r. quare thronus corripit thro? Rn̄r omne nomen grę
cum quod ſcribitur per o paruum corripit o. quod ſcribitur p̄
o magnum producit o. thronus aūt ſcribitur per o paruū. er
go ⁊c̄. Q̄r. quas vtilitates affert homī noticia ſyllabaꝝ. Rn̄r
ſciēs q̄ntitates ſyllabarū poteſt bonos verſus ſcribere. quod
is nō poteſt. q̄ eas neſcit. poteſt vitare barbariſmos. q̄ꝛ poteſt
acuere ſyllabas acuendas. ⁊ grauare grauandas. quod is ne
quit qui eas ignorat. ⁊ ꝓpter hoc qui neſciunt quātitates ſylla
barū. nō poſſunt recte legere in eccleſia epiſtolas. euangelia. ꝓ
phetias ⁊ pſalmos. ⁊ cętera quę legunt̄. poteſt ſcire quid ambi
gue dictiones ſignificent. leuis em̄ aliud ſignificat cum priorē
ſyllabam corripit. aliud cum producit. Populus aliud cū pri
mam corripit. aliud cū primā producit. Poteſt ſyllogiſmos
ſophiſticos a bonis diſcernere. Poteſt multa carmina intelli
gere ⁊ iterp̄tari q̄ neq̄ꝫ ītelligere neq̄ꝫ iterp̄tari p̄t q̄ eas ignorat

Queſtiones de dialectica.

Q̄r. Utꝝ dialectica ē ars liberalis? Rn̄r eſt. q̄ꝛ liberale ē tue
ri veritatē ⁊ refellere falſitatē. Hec aūt ſunt officia dialecticę. q̄ꝛ
ex locis dialecticis depromunt̄ argumēta quibꝫ defendit̄ veri
tas ⁊ expugnat̄ falſitas. Itē piū eſt ⁊ liberale errantē ab errore
ſuo auertere: vt eū deſerat. qđ fit opē ⁊ miſterio dialecticę. q̄ ei
falſum aliqđ ꝯcedit. cogit̄ ꝯcedere oīa q̄ nccārio huic falſo ꝯne
ctunt̄. qđ cū facere errās noluerit cogit̄ dimiſſo errore ad ꝟita
tē redire. Q̄r. vn̄ dr̄ dialectica? Rn̄r dialectis grecę diſputatio dr̄
Jn̄ dialectica ars diſputādi ⁊ vocat̄ a btō Auguſtino diſputa
tionis diſcipliā. dr̄ eī in ſcđo libro de doctriā chrīana. q̄ diſpu
tatōis diſcipliā ad oīa gn̄a queſtionū q̄ in lrīs ſacris ſunt pene
trāda ⁊ diſſoluēda plimū valꝫ. Tm̄ tibi cauēda ē libido rixādi
et pueril̄ q̄dā oſtātatio decipiēdi aduerſariū. Q̄r. cur dialectica
vocat̄ logica? Rn̄r q̄ꝛ ē ars rōcinādi. logos em̄ dr̄ vl̄ interp̄tat̄.
Q̄r. q̄t ptibꝫ conſtat ratiocinatio. i. vnde conſtat ſyllogiſmus?
Rn̄r tribꝫ. ꝓpōne. aſſumptōe ⁊ ꝯcluſione. q̄cūq̄ꝫ rōcinat̄ p̄mo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

proponit.deinde aſſumit.vltimo concludit. Si ioannes homo eſt.animal eſt. Eſt autem homo igitur animal eſt. Querit. Quid intelligitur appellatione propoſitionis: Rn̄detur. Maior propoſitio ſyllogiſmi. Q̄r. quid nomine appellationis: Reſpondetur. Minor propoſitio. Q̄r. quid appellatione ratiocinationis: Rn̄r totus ſyllogiſmus conſtans ex propoſitione.aſſumptione ⁊ concluſione. Q̄r. quę ſunt neceſſaria in ratiocinatione prolatiua: Rn̄r. veritas ſententiarum ⁊ veritas connexionis. Q̄r. quid intelligitur per veritatem ſententiarum: Rn̄r. veritas propoſitionis ⁊ aſſumptionis. Q̄r. quid per veritatē connexionis: Rn̄r. neceſſitas conſequentię. Q̄r. vtruz in ratiocinationibus habentibus falſas ſententias poſſunt eſſe verę connectiones: Rn̄r poſſunt. Non em̄ ſolum verarum ſententiarum.ſed etiam falſarum poſſunt eſſe verę connectiones. q̄a non ſolum ex veris pręmiſſis.ſed etiam ex falſis neceſſario inferuntur concluſiones. Hec em̄ ratiocinatio. ſi circulus eſt triangulus.circulus tribus lineis clauditur.circulus autem triangulus eſt.ergo tribus lineis clauditur. Q̄r. vtrum veritas connexionum eſt inſtituta ab hominibus: Rn̄r non eſt. vt ait beatus Auguſtinus.ſed tantum animaduerſa ⁊ notata.ſiue enim velint homines ſiue nolint hęc connectio eſt vera. Si homo eſt animal eſt.eſt autem homo.igitur animal eſt. Similiter hęc connexio vera eſt. Si triangulum eſt quadrangulum triangulum quattuor lineis clauditur: triangulum autē quadrangulum eſt. ergo triangulum quattuor lineis clauditur.

Huius poſterioris ratiocinationis cuius aſſumptio ⁊ concluſio ſunt falſę ſententię connectio tantum vera eſt ⁊ neceſſaria. Non enim connectio quę eſt in bona ratiocinatione. eſt ideo vera. quia conuenit inter homines: vt eſſet vera. nec conectio falſa. Ideo falſa eſt. quia conuenit inter homines vt eſſet falſa ſed vera connectio ſua ipſius natura vera eſt ſicut falſa. ſua parte natura eſt falſa. Q̄r. quę ratiocinatio eſt bona. quę vitioſa. Rn̄r. quę veram connectionem habet bona eſt. quę falſam vitioſa. hęc aliter dicitur his verbis. bona argumentatio eſt cuius antecedens non poteſt eſſe verum ſine conſequente. Mala cuius antecedens ſine conſequente poteſt eſſe verum. Q̄r.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Utrum veritas connectionum poteſt mutari in falſitatez. an falſitas in veritatem. Reſpondetur non poteſt. quia nunq̄ʒ recta ratiocinādi regula poteſt fieri praua. aut praua recta. nec vnq̄ʒ bona ratiocinatio poteſt fieri vitioſa. aut vitioſa bona Queritur. vnde veritates connectionum ſunt petende? Rn̄r ex regulis ratiocinandi. Omēs em̄ ratiocinationes ſm regulas formate veras habent connectiones. Queritur que ſunt regule ratiocinandi? Reſpondetur. que ſignificantur per has dictiones Barbara. Celarent. rc̄. Queritur que ſignificatur per barbara? Reſpondetur. Hec regula. Si a affirmatur de omni b: r b de omni c: neceſſe eſt a affirmari de omni c. Queritur que per celarent? Reſpondetur hec regula. Si a negatur de omni b: r b affirmatur de omni c: nec eſſe eſt a negari de omni c. Queritur quid intelligitur per a bc? Reſpondet. per a intelligitur maior extremitas. per b medium. per c minor extremitas. Queritur quid eſt affirmari de omni b. Reſpondetur eſt maiorem extremitatem affirmari vniuerſaliter de medio. Queritur quid eſt b affirmari de omni c? Reſpondetur medium affirmari vniuerſaliter de minore extremitate. Queritur quid ē a affirmari de omni c? Reſpondetur maiorē extremitatem affirmari vniuerſaliter de minori. Et hec tria fiunt in ratiocinatione que barbara dicitur in cuius propoſitione a affirmatur de omni b. In aſſumptione b affirmatur de omni c. in concluſione a affirmatur de omni c. Queritur vtrum enthymemata ſunt ratiocinationes? Reſpondet. Sūt ratiocinationes imperfecte. aut em̄ eis deeſt propoſitio aut aſſumptio. Queritur quid deeſt huic enthymemati ſcʒ Mentiri eſt malum. igitur peiorare eſt malum? Reſpondetur Propoſitio q̄a ea addita fit perfecta ratiocinatio. Adde propoſitionem. Si malum eſt mentiri. malum eſt peiorare. eſt autem malum mentiri. igitur peiorare malum eſt. Queritur quid huic enthymemati deeſt. Omni animali ſenſus tactus ineſt. igitur om̄is homo ſenſum tactus habet? Reſpondetur aſſumptio. quia ea addita fit perfecta ratiocinatio. Queritur. Utrum hec ratiocinatio habet veram connexionem. Si petrus orator eſt. homo ē. non eſt autem orator. igit non eſt homo? Reſpondetur non ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

bet. quis ſententię eius verę ſint. Non enim (ſicut dicit beatus
Auguſtinus) Sicut ablato conſequente aufertur neceſſario
quod precedit. ita ablato precedente aufertur neceſſario quod
ſequitur. Queritur Utrum argumentationes captioſę que ſo
phiſticę appellantur habent veras connexiones: Reſpondetur
non habent. quotienſcunque enim ex propoſitione et aſſumptio
ne veris infertur concluſio falſa. connexionem falſam eſſe neceſ
ſe eſt. Queritur Utrum ſi quis proponat. quod ego ſum tu nō
es. quo conceſſo. aſſumat. ego autem ſum homo. quo dato in
ferat. tu igitur non es homo. recte ratiocinatio: Reſpondet nō.
quia ratiocinatio eius captioſa eſt et ſophiſtica. Queritur
Utrum omnes partes dialecticę ſunt diſciplinę liberales:
Reſpondetur. ſunt Cum enim tota aliqua ars liberalis eſt. ne
ceſſe eſt ſingulas eius partes liberales eſſe. Ex quo patet. nul
lam partem dialecticę contemnendam eſſe tanquam libero homi
ne indignam. Queritur Utrum ſcientia de acceptionibus no
minum quibus terminantur enunciationes quę vocatur ſci
entia ſuppoſitionum eſt liberalis: Reſpondetur eſt. quia libe
rale eſt ſcire quando nomen ſubiectum in aliqua enunciatio
ne accipiatur pro rebus quibus impoſitum eſt. Quando ve
ro pro ſeipſo. quando pro cogitatu et conceptu mentis. Qui
enim id ignorat non poteſt argumentationes bonas a ſophi
ſticis diſcernere. Liberale eſt ſcire quę nomina in enunciatio
nibus diſtribuantur quę non diſtribuantur. hoc eſt quę vni
uerſaliter accipiantur quę particulariter. Qui enim hoc igno
rat non recte argumentari poteſt cum enim aliquod nomen v
niuerſaliter accipitur. poterunt ſub eo ſubſumi inferiora ipſo.
quod non poterit fieri ſi particulariter accipiatur. Nam ſi om
ne animal habet ſenſum tactus: Neceſſe eſt hominem ſenſum
tactus habere. et propterea quod aliquod animal quadrupes eſt
non eſt neceſſe hominem quadrupedem eſſe

Sequuntur queſtiones de Rhetorica.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

¶ Queritur. Utrum rhetorica eſt ars liberalis? Rn̄detur eſt.
quia libero homine digna eſt. teſte Auguſtino qui ait. Sunt
quedam precepta vberioris diſputatiōis que iam eloquen-
tia nominatur que nihilominus vera ſint. q̄uis em̄ poſſint fal
ſa perſuaderi. ſed quia ꝛ vera poſſunt. non eſt facultas ipſa cul
pabilis. ſed ea male vtentium peruerſitas. Qr̄. vnde deriua-
tur rhetorica? Rn̄r. rhetor grecum nomen eſt. ꝛ ſignificat viruꝫ
diſertum ꝛ facundum. ꝛ propter hoc cauſidici rhetores appel-
lantur. Juuenalis. Cum fortuna valet fiet de conſule rhetor.
Cum volet hec eadem. fiet de rhetore conſul
Scribiturqꝫ hoc nomen cum rh aſpirato. ꝛ t non aſperato.
Jnde rhetoricus ꝛ rhetorice que cum rh aſpirato ſcribi debēt
Qr̄. quid eſt rhetorica? Rn̄r. ars bene dicendi. Qr̄. quid inter-
eſt inter bene loqui ꝛ bene dicere? Rn̄r. bene loqui dicitur qui
loquitur ſm̄ regulas grammatice. hoc eſt qui neqꝫ barbariſ-
mum. neqꝫ ſolecismum facit. Dicit bene. qui dicit ſm̄ precep-
ta rhetorice. hoc eſt qui bene ſuadet ꝛ diſſuadet: bene laudat et
vituperat. bene accuſat ꝛ defendit. Qr̄. quid eſt bene ſuadere?
Reſpondetur. arte ſuadere hoc eſt ſm̄ precepta eloquentie ſua
dere. Uel bene ſuadere eſt ita ſuadere. quemadmodum orato
res eloquentie periti ſuaſere. qui enim ſuadet quemadmoduꝫ
Marcus Tullius in ſuis orationibus aut Titus liuius
et Saluſtius in ſuis contionibus ſuaſere. nemini dubium eſt
quin bene ſuadeat. Qr̄. vtrum bene definiunt rhetoricam qui
dicunt eam eſſe perſuadendi ſcientiam? Rn̄r non. quia nō ſem
per perſuadet orator. poteſt em̄ euenire vt orator optime di-
cat ꝛ non perſuadeat. quia nonnunquāꝫ auditores ita morati
ſunt vt eis nihil perſuaderi poſſit. Nam ſicut non eſt in medi-
co: vt ſemper medeatur egroto. ita neqꝫ in oratore: vt ſemper
perſuadeat auditori. neqꝫ ſolius oratoris eſt perſuadere. ſed id
ei cum multis alijs rebus commune eſt. Sepe em̄ pecunie ꝑ
ſuadent. ſepe gratia ꝛ auctoritas dicentis. ſepe recordatio me
ritorum eius qui aut dicit aut pro quo dicitur. Sepe facies
miſerabilis rei eum abſoluit. ſepe pulchritudo forme ſententi-
am dictat. Nam teſte Quintiliano cum Marcum aquilium
defendens Anthonius cycatrices quas is pro patria pectore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

aduerſo ſuſcepiſſet. oculis populi rhomani oſtenderet. non o-
ratione ſua ſed miſerabili facie rei populum rhomanum im-
pulit vt eum abſolueret. Et phrynem feminam nō hyperedis
rhetoris actione quamq̄ȝ admirabili. ſed conſpectu corporis.
quod illa ſpecioſiſſimum deducta tunica oſtenderat. putant
periculo liberatam. Ex quo ſequitur multa perſuadere poſſe.
quę longe abſunt ab oratione rhetoris. Itaqȝ liquet non eſſe
idoneum finem rhetoricę perſuadendi ſcientiam. Qr̃. quis re-
cte definit rhetoricam? Rn̄r. qui dicit eam bene dicendi ſcienti
am. Ille enim omnes eius virtutes complectitur. nam cum o
rator ſit vir bonus dicendi peritus. neceſſe eſt rhetoricen eſſe
bene dicendi ſciētiam. nemo em̄ bene dicere poteſt niſi bonus.
Qr̃. vtrum rhetorica eſt vtilis? Rn̄r. quidam in rhetoricam in
uehi ſolent arguentes eam eſſe inutilem. propterea ꝙ eloquen
tia pęnis eripiat ſceleſtos. cuius fraude damnantur non nun-
q̄ȝ boni: vt cogantur dare pęnas ſcelerum quę nunq̄ȝ commiſe
runt. qua non modo ſeditiones ſed etiam pernicioſiſſima bel-
la excitentur. cuius deniqȝ tum maximus vſus ſit. cum falſis
contra veritatem valet. quo quidem modo nec duces erunt v
tiles. nec magiſtratus. nec medicina. nec deniqȝ ipſa ſapientia
Nam̄ ⁊ duces exercitus perdiderunt ſępe. magiſtratus in re-
bus publicis obfuerunt. neqȝ vllam artem inuenies. qua non
detrimentum his quibus cum conuerſamus auferre poſſi-
mus. Quis ignorat iuriſconſultum falſa legum interpretatio
ne ſummum ius in ſummaȝ iniuriam poſſe conuertere. Quis
ignorat quis neſcit q̄ȝ facile medicus ſalutem hominis poſſit
oppugnare ſiue exterminare. At nemo eſt qui propterea aut le
gum ſcientiam. aut medicinę doctrinam e republica extermi-
nat Itaqȝ non eloquentia vituperanda eſt ſed hi (qui cuȝ diſer
ti ſint) eloquentiam in perniciem hominum conuertunt. Non
em̄ cibos ideo aſpernam⁹. quia ſępe valitudinis cauſas attu
lerunt. Neqȝ ideo tecta refugimus quia non nūqȝ procubue
runt. Nihil em̄ adeo vtile eſt vt non poſſit aliq̄n obeſſe. Qr̃.
quas vtilitates affert rhetorica hominibus? Rn̄r. Infinitum
eſt omnes vtilitates eius enumerare. Orator em̄ eloquentia
ſua nocentes accuſat. ⁊ eos ſcelerum ſuorum ſupplicia da-

re cogit. Innocentes autem ſupplicijs eripit. quo nihil equius
eſſe poteſt. Quid em̄ equius ꝙ̃ ſceleratos pendere penas ſcele
rum ſuorum. Innocentes penis eripi. Rhetorica fidem facit
his quibus aliquid perſuadere volumus. Tradit em̄ nobis
locos ex quibus depromuntur argumenta fidem facientia
Queritur ſi rhetorica fidem facit tum id ipſum etiam pertine
at ad dialecticam nihil videtur inter rhetoricam ⁊ dialecticaꝫ
intereſſe. Reſpondetur. ꝙ̃ꝗ̃ vtraqꝫ harum artium fidem faci-
at. plurimum tamen inter eas intereſt. ¶ Dialectica em̄ diſpu
tatione facit atqꝫ interrogationibus ⁊ reſponſionibus (que cō
ciſe orationes ſunt) vtitur rhetorica autem perpetua oratione
et vtitur ⁊ fidem facit. Rurſus dialectica ꝑfectis ſyllogiſmis
rhetorica enthymematicis gaudet. preterea dialectica theſin
rhetorica hypotheſin tractat. Queritur quid inter theſin ⁊ hy
potheſin intereſt. Reſpondetur. Theſis eſt queſtio infinita et
generalis. hoc eſt queſtio neqꝫ perſonis neqꝫ temporibus fini-
ta: vt ſit ne vxor ducenda. Sit ne opera danda artibus libera
libus. ſit ne bellum ſuſcipiendum. ſit ne de homicida vltimuꝫ
ſupplicium ſumendum ⁊ vocatur theſis a Cicerone propoſi-
tum. ¶ Hypotheſis eſt queſtio finita ⁊ ſpecialis. que aut per-
ſonam aut tempus complectitur: vt ſit ne Platoni vxor ducē
da. ſit ne de milone vltimum ſupplicium ſumendum ꝙ occide
rit Clodium. ſit ne laudi Ciceroni dandum ꝙ Catelinam in
conſulatu ſuo occiderit ⁊ vocatur a Cicerone cauſa. Queritꝛ
quot ſunt genera cauſarum quas orator tractat. Reſponde-
tur tria. demonſtratiuum. deliberatiuum ⁊ iudiciale. Omnis
enim oratio in aliquo horum trium generum conſtituta eſt.
Oratio quo orator excuſat vel defendit in genere iudiciali con
ſtituta eſt. cuiuſmodi eſt oratio Ciceronis Miloniana. Oratio
qua orator ſuadet vel diſſuadet in genere deliberatiuo conſti-
tuta eſt. cuiuſmodi eſt Pompeiana. Oratio qua orator laudat
vel vituperat in genere demonſtratiuo conſtituta eſt. cuiuſmo
di eſt oratio Ciceronis pro Marco marcello. Queritur qua-
re ſunt tria genera cauſarum. Reſpondetur quia tria ſunt ge-
nera auditorum. Unum quod delectationem requirit. Alte-
rum quod conſilium capit. Tercium quod iudicium exercet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Ad primum pertinet genus demonſtratiuum. Ad ſecundum deliberatiuum. ad tercium iudiciale. Queritur quid eſt genus demonſtratiuum? Reſpondetur quod attribuitur in alicuius certe perſonę laudem vel vituperationem cum amplificatione. Queritur quot ſunt partes illius generis? Reſpondetur duę. laus ⁊ vituperatio. Queritur quid eſt laus? Reſpondetur oratio amplificatiua rerum bonarum quas certe perſonę ineſſe dicimus. Queritur quid eſt vituperatio? Reſpondetur oratio amplificatiua rerum malarum quas certe perſonę ineſſe dicimus. Queritur quid genus deliberatiuum? Reſpondetur qđ in conſultatione poſitum habet ſententie dictionē. Qr̃. quot ſunt partes eius? Rñr. duę. ſuaſio ⁊ diſſuaſio. Qr̃. quid eſt ſuaſio? Rñr eſt oratio quę quid faciendum ſit demonſtrat. Querit̃ quid diſſuaſio? Rñr oratio quę demonſtrat quid ſit omittendū. Qr̃ quid genus iudiciale? Rñr quod poſitum in controuerſia habet accuſationem ⁊ defenſionez. Qr̃. quot ſunt eius partes Reſpondetur duę. accuſatio ⁊ defenſio. Queritur quid eſt accuſatio? Rñr eſt oratio iudicialis qua aut in crimen aut in debitum rapimus aduerſarium. Queritur quid defenſio? Rñr. oratio iudicialis qua aut crimen aut debitum a nobis depellimus. Queritur quid eſt finis in iudiciali genere? Rñr ęquitas. Qr̃. quod officium auditoris? Reſpōdet abſoluere vel dānare. Qr̃. quis finis in deliberatiuo genere? Reſpondet honeſta. vtilitas. debet em̄ rhetor ſuadere vtilia cum honeſtate coniuncta. Qr̃. quod officiūq₃ auditoris? Rñr alteram partem deliberationis amplecti. Qr̃. quis finis in demonſtratiuo? Rñr honeſtas. Qr̃. quod officium auditoris? Rñr laude ne dignus ſit an vituperatione is. de quo dicitur exiſtimare. Qr̃. quot ſunt partes rhetoricę? Rñr quinq₃. Qr̃. quę? Reſpondet Inuentio. diſpoſitio. eloquutio. memoria ⁊ enunciatio. Qr̃. Cur dicuntur partes? Rñr quia his quinq₃ rebus rhetorica conſtat. Nam quemadmodū corpus aliquo membro deficiente imp̄fectum eſt. Ita rhetorica ſi qua harum partium defuerit integra non erit. Et propter hoc vocantur partes integrales. Nam non ſatis eſt inuenire quę dicas. Si inuenta nequeas diſponere. Nec etiam ſatis eſt inuenta diſponere. ſi nequeas ea ornare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

eloqui. ⁊ deinde memorię mandare ⁊ ad extremum agere et pronunciare Q̄r. quid eſt inuentio: Rn̄r. excogitatio rerum verarum vel veriſimilium que cauſam probabilem reddant. Q̄r. quare veriſimilia ſunt excogitanda ab oratore: Rn̄r. vt oratio eius credibilis reddatur. ⁊ in animos admittatur auditorum. Probabilia ⁊ veriſimilia in animos hominum facile admittuntur. Q̄r. quid diſpoſitio: Rn̄r. rerum inuentarum in commodiſſimis locis collocatio. Naz diſponere ē varias res in diuerſis locis collocare. Q̄r. quid eloquutio: Reſpondetur idoneorum verborum ⁊ ſententiarum ad inuentionem accommodatio. Q̄r. quid memoria: Rn̄r. firma animi rerum ⁊ verborum ⁊ diſpoſitionis perceptio. Q̄r. quid eſt pronunciatio: Reſpondetur. vocis vultus ⁊ geſtus moderatio cum venuſtate. Q̄r. quibus rebus has rhetoricę partes aſſequi poterim⁹. Reſpondetur natura arte ⁊ exercitatione. Naturę em̄ commoditas niſi arte illuſtretur. exercitationeqꝫ confirmetur tanqꝫ agri natura fertilis. verum incultus nihil fructus ſed multa fęda atqꝫ aſpera ſolet producere. Q̄r. quid eſt natura: Rn̄detur inſita hominibus dicendi commoditas. Q̄r. quid eſt ars: Reſpondetur. quę dat certam viam rationemqꝫ dicendi huic imitatio ſubijcitur qua nitimur vt aliquorum ſimiles in dicēdo eſſe valeamus. Q̄r. quid eſt exercitatio Rn̄r. aſſiduus vſus conſuetudoqꝫ dicendi. Q̄r. quot ſunt partes orationis: Rn̄detur ſex. exordium narratio. diuiſio. confirmatio. confutatio. cōcluſio. Hę ſunt partes orationis illius que oratoris inſtrumētum eſt quo auditoribus aut fidem facit. aut animos eorum permouet miſericordia aut ira aut aliqua alia affectione Q̄r. quid eſt exordium : Reſpondetur. principium orationis quo animus auditoris ad audiendum preparatur. Q̄r. quid eſt narratio: Rn̄r rerum geſtarum aut proinde vt geſtarum expoſitio. quandoqꝫ em̄ narratione exponuntur res geſtę. quandoqꝫ fabulę narrantur. quandoqꝫ apologi: vt non eſt credendum aſſentatoribus, cum em̄ coruus vulpi aſſentatrici credidit caſeum amiſit. Diuiſio eſt oratio per quam quid nobis cum aduerſario conueniat. quid in controuerſia ſit. ⁊ quibus de reb⁹ dicturi ſumus breuiter exponimus. Confirmatio eſt oratio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

qua noſtras argnmentationes cum aſſeueratione exponimꝰ
¶ Confutatio contrariarum argumentationum diſſolutio
¶ Concluſio artificioſus terminus orationis hęc ⁊ per ora-
tio ⁊ epilogus dicitur. Perorare eniz eſt oratio finem impo-
nere. Qr. quę ſunt vtilitates exordij: Reſpondetur facere audi-
tores beniuolos dociles attentos. Debet em̄ orator dare ope-
ram: vt amice intelligatur ⁊ attente audiatur. Qr. quo pacto
faciemus attentos auditores: Reſpondetur. ſi demonſtrabi-
mus de quibus dicturi ſumus. aut magna. aut noua eſſe aut
ſalubria. Et ſi dicemus ea aut ad religionem pertinere. hoc eſt
ad cultum dei immortalis. aut ad rempublicam. aut ad eos ip
ſos qui audiunt. aut ad alios quos charos habeant. Querit.
quo pacto auditores facere poterimus dociles: Reſpondetur.
ſi ſumma cauſę breuiter exponemus. hoc eſt id in quo contro-
uerſia conſiſtit de qua dicturi ſumus. quod poetę tum docili-
tatis tum attentionis gratia ab Homero acceptum diligen-
tiſſime obſeruant. Hac em̄ ratione tam in georgicis q̃z in ęnei-
de apud Virgilium. Itemq̃z apud Ouidium in libro meta-
morphoſeos ⁊ alios fere omnes exordium compoſitum eſt.
Queritur. quis docilis dicitur: Reſpondetur qui attente vult
audire. Qr. quo pacto reddemus auditores beniuolos: Qn̄r.
A perſona ⁊ a cauſa. hoc eſt ab ipſa re. a perſona. aut noſtra.
aut aduerſariorum. aut iudicum ⁊ eorum non nunq̃z qui ex-
tra cauſam ſunt. A noſtra perſona ſi officium noſtrum ſine ar-
rogantia laudabimus. hoc eſt ſi quales in rempublicam. aut
in parentes. aut in amicos. aut in eos ipſos qui audiunt fueri-
mus oſtendemus. dum hęc quę omnia noſtro officio facta cō-
memoramus ad cauſam pertineant.

¶ Telos.

¶ Orator quicunq̃z voles diſertus haberi
Dogmata noſtra legas vtere ⁊ ingenio.

¶ Diſcipuli officium.

ET docendi ⁊ diſcendi debet eſſe ꝓpoſitum Auctore Seneca epiſtola cix. vt ille prodeſſe velit hic ꝑficere qui ad philoſophoꝝ ſcholas quotidie venit ſecū aliq̄d boni ferat quidā veniūt vt audiāt nō vt diſcant. Hieronymus in aureola Ledit diſcipulus magiſtꝝ ſi ꝑ negligentiam ſuā p̄cepta eiuſqꝫ laborē diſꝑdat. Nec te ipſe doceas nec vlla ars abſqꝫ mgrō diſcit᷑. feſtino igit᷑ gradu ꝑgamus ad magiſtros ⁊ eoꝝ teram⁹ limina. Seneca ep̄la vij. Cū his verſare q̄ te meliorē facturi ſunt. Quintilianus libro ſcdo. Plura de officio docentium loquutus diſcipulos id vnū interim monet vt p̄ceptores ſuos nō minus q̄ꝫ ipſa ſtudia amēt. ⁊ parētes eē nō q̄dē corpoꝝ ſed mentiū credāt. multū hęc pietas cōfert ſtudio. Na ita ⁊ libeter audiēt ⁊ dictis credent ex iudicio p̄ceptoris diſcipulus pendeat atqꝫ id ſe dixiſſe recte qd ab eo ꝓbat᷑ credat vultuꝫ p̄ceptoris intueri tā qui audiūt debēt q̄ꝫ ipſe qui dicit ita em̄ ꝓbanda atqꝫ improbāda diſcernēt. Itē p̄ceptoris officiū ē docere diſcipuli v̄o eſt ſe docilē reddere. Juuenalis in ſatyra ſeptima.

Dij maioꝝ vmbris tenuē ⁊ ſine pōdere terram
Spirantesqꝫ crocos ⁊ in vrna ꝑpetuum ver
Qui preceptorē ſancti voluere parentis
Eſſe loco metuens virgeiam grandis achilles
Cantabat patrijs in montib⁹ ⁊ cui non tunc
Eliceret riſum cytharedi cauda magiſtri.

Ut em̄ Boetius ait. Nō ē dign⁹ ſcīa q̄ ſcię inſurgit p̄ceptori. Nec diſcentis intereſt ꝓbris ⁊ cōtumelijs regentē afficere Fugienda ſunt vitioſoꝝ cōſortia. Peſſima nāqꝫ ꝑmixtio ē ſtudentib⁹ cū diſſoluto improbo Diſcipulus venīēti mgrō aſſurgat caput inclinet eūqꝫ ſi iubeat aſſequat᷑. Attent⁹ eē diſcipul⁹ debet ad audiendū docilis ad intelligendū nō ſit aūt ſcholaſtic⁹ diſcolus. i. a ſchola diſcors vl' diuerſus ac diuiſus Diſcol⁹ em̄ dicit᷑ qui ꝑ vicos plateas lupanaria cauponas ſpectacula publica choreas cōuiuiaqꝫ diſcurrit. Aū oia grāmaticę precepta diſcēda ſunt ꝑ eā nāqꝫ ſtudioꝝ oīm liberaliū artiū poſſeſſio iucūda reddit᷑ vnde ⁊ .M. Tulli⁹ teſte etiā Quītiliano artis grāmaticę diligētiſſim⁹ fuit ⁊ in filio)vt in ep̄lis apparet) recte lo-

quendi aſper quoqꝫ exactor eſt. Nã grãmatica q̇dã ꝓfeſſio eſt
que niſi i oratoris futuri fundamẽta fideliter iterit q̇cq̇d ſuper
ſtruxeris corruet neceſſaria pueris iucũda ſenibꝰ ꝛ q̄ vl' ſola oĩ
ſtudorũ genere plus habeat opis q̄ȝ oſtẽtatõis. Prudẽtis di/
ſcipuli eſt ſodalẽ habere. nubila nãqꝫ exiſtẽte fortuna diligẽter
eũ fouebit vrgẽteqꝫ morbo ſedulũ ſe exhibebit optime valitu
dinis tpe libellis viciſſim gaudebũt ꝛ iocis q̇buſdã plurimuȝ
deniqꝫ alter alteri cõfert. Pecunia pce impendi debet illa q̇ppe
deficiẽte ipſam nõ ſine pudore patriã repetere opus eẽt Sũt
vero habendi quos doceas. alios nãqꝫ docere ẽ ꝓprie facultati
indulgere: vt Boetiꝰ aſſerit hinc Seneca ep'la vij. inquit Cũ
his verſare q̇ te meliorẽ facturi ſunt illos admitte quos tu po/
tes facere meliores. mutuo iſta fiũt ꝛ hoĩes dũ docent diſcunt
Preterea nõ debet diſcipulus mgrõ pñte licet ſumma famili/
aritate cõiũctus niſi iuſſus q̇d dicere. q̇ eĩm moderat' labia ſua
prudẽtiſſimꝰ eſt: vt ſapiẽs ait. Hinc zeno phũs. Innepta plu/
rima loquẽti adoleſcẽtulo idcirco aures habemꝰ duos ꝛ os v
nũ vt plura audiamꝰ loquamur pauca. nemo aũt ſtultꝰ tacere
poteſt vt Solõ ait. ꝛ Sapiẽs inq̇t. Stultus quoqꝫ ſi tacue/
rit ſapiẽs reputabit'. ꝛ ſi cõpreſſerit labia ſua, intelligens.

Telos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 60